



PROOEMIUM

Unio Prolium, vulgo die *Ein-Kindschafft* (in cujus pacti elucubrationem laudabiles operas contulit Patriæ nostræ Jctus Jacobus Rickius) in Germania tam tacitis utentium populorum moribus frequentata, quàm particularibus plurium Provinciarum Statutis adeo est introducta, ut non abs re facturus mihi viderer, si hanc ex Amplissimo utriusque Juris campo Materiam Seligerem, eandem pro evitandâ omni obscuritate, & perfectius servando occurrentium Quæstionum Ordine in VI. Classes divisurus; quarum

- 1ma Originem, Definitionem, & varia Unionis significata, ejusque cum adoptione con- & disconvenientias,
- 2da Personas Unientes, & Uniendas,
- 3tia Requisite hujus Pacti solennitates,
- 4ta Bona sub illud cadentia,
- 5ta Unionis effectus,
- 6ta Demum modos eam dissolventes continet. Sit igitur.

A 2

CLASSIS I.